

nos (ut præmittitur) Apostolica auctoritate concessis, præjudicium generetur, auctoritate vobis præsentium indulgemus.

Prædicandi facultas. Intellige secundum Concil. Trid. sess. 24, cap. 4.

Confessiones. que audiendi. Intellige juxta Bull. 23. Leo. X.

Campanas pulsandi. Hoc intelligat, us Bull. Leon. X. I.I.

Dispensandi cum intran- tibus Ordin. Hoc intellige iuxta Bull. 23. Clem. VIII.

Oblationes recipiendi de bonis fonda- libus.

Mutatio principalis Monasterii sit ad libi- sum Ordinis

Pana pro- missis contra- venientiam.

Annuas re- gularias debita Sedi Apoll.

Dat. P. A. I. die 27 Sept.

BONIFACIVS OCTAVVS PONT. CXCV.

ANNO DOMINI MCCCXCV.



§. 33. Propterea proponendi populo verbum Dei, & dandi omnibus vere pénitentibus, & confessis, qui hujusmodi præficationi interesse volberint quadriginta dictum Indulgentiam de injunctis eis pénitentiis.

§. 34. Audiendi quoque confessiones, & injungendi pénitentias, & imponendi absolutionem debitam pro confessis, conferendi etiam Ecclesiastica Sacramenta tam hominibus & vallallis vestris, quam cæteris Christi fidelibus.

§. 35. Necnon habendi, & pulsandi Campanas diu, noctuque ad horas Canonicas, & quandocumque de verstra processerit voluntate, abisque cuiusque contradictionis objectu.

§. 36. Dispensandi etiam cum Fratribus, seu Monachis ad vestra Monasteria, & loca convolantibus, & ibidem degentibus, super irregularitatibus quibuscumque, etiam si prius eas fortasse contraxerint, quam praedicta loca, & Monasteria intravissent, dummodo ex homicidii, vel mutilationis causa, irregularitates ipsæ minimè sint contractæ. Absolvendi etiam Frates, & Monachos memoratos ab excommunicatione quacunque, etiam si ejus absolutio tantum sit Sedi Apostolicæ reservata, plenaria, & liberam vobis, filii Abbates, auctoritate Apostolica concedimus potestatem.

§. 37. Indulgemus etiam vobis, ut bona feudalia, vel alia quilibet vobis oblata liberè recipere valeatis, ac licite retinere, nulla constitutione, seu consuetudine contraria obstante, aut etiam si loci Dicecianus bona ipsa pro decimis non soluti, aut præstationibus aliis sibi, aut Ecclesia sua afferat obligata.

§. 38. Et quia mutatio temporum facta mutationem forte requireret, licitum sit vobis aliquod aliud de Monasteriis vestris, præsentibus aut futuris, caput aliorum Monasteriorum, & membrorum vestrorum (si expediens fuerit) ordinare.

§. 39. Nos enim ex nunc decernimus irritum, & inane quicquid contra tenorem concessionum, confirmationum, indulgentiarum, & inhibitionum hujusmodi, & capitulorum omnium, & etiam singulorum, quæ superiori sunt expressa, per quoquinque attentatum est, vel in posterum contigerit attentari. Et interdilecti, suspensionum, & excommunicationum sententias, si quas contra præmissa, vel aliquod præmissorum, in vos, vel in vestrum aliquem, sive aliquos, aut loca vestra, seu benefactores vestros, aut executores, vel heredes, à quoquinque, cujuscumque præminentia, dignitatis, aut honoris vel status existat, in posterum contigerit promulgari, volumus eo ipso penitus non tenere.

§. 40. In signum vero perceptæ libertatis vestre, & subjectionis solius Romanæ Ecclesiæ, per nos vobis concessa, ut superiori præmittitur, unam unciam aurum solvendam annis singulis in Festo Nativitatis Domini, tam pro capite, quam pro membris vestris, nobis & successoribus nostris Romanis Pontificibus persolvatis. Nulli ergo omnino hominum, &c.

Dat. Aquilæ, 5. Kalendas Octobris, Pontificatus no-

stri anno 1.

Bonifacius VIII. Caietanus, Patria Anagninus, Benedictus ante dictus, Patre Luitfrido, Presbyter Cardinalis Sylvester, & Martini in Montibus, tit. Equitii. Creatus Neapoli 9. Kalend. Januarii, anno Domini 1294. Coronatus Romæ 17. Kalend. Februarii 1295. Sedit annos 8. menses 9. dies 28. Creavit Cardinales 16. Obit Romæ 5. Idus Octobr. 1303. Sepultus est in Basilica Vaticana. Vacavit Sedes dies decem.

Contra dantes aliquid, vel promittentes, aut recipientes pro obtinenda gratia vel justitia apud Sedem Apostolicam, ac etiam contra scientes, & non revelantes.

Constitutio ista licet sit inter extrav. commun. in tit. de Sentent. excommun. eam tamen posui tanquam Curialibus admodum necessariam, & quia in hoc opere extat Bulla Greg. XIII. num. 24. Ab ipso, ubi hac extenditur ad predicatorum complices & auxiliatores. Prout etiam confirmata & ampliata fuit à Clem. VIII. in ejus conf. 10. Pro commissa. Quam diligenter attende, quoniam puto eam esse intelligentiam secundum ejus subjectam materiam, id est ligare dantes aliquid vel recipientes de bonis Communitatuum Status Ecclesiastici, & non alios.

BONIFACIVS EPISCOPOS, &c.

Excommunicatio in de- tali quaque aut præ- tentio ob- cipienti ob- servanda gratia vel justitia

Sed. Apoll.

XCOMMUNICAMUS & anathematizamus ex parte Dei omnipotens, Patris, & Filii, & Spiritus sancti, auctoritate quoque Beatorum Apostolorum Petri & Pauli, & nostra, omnes Clericos, Religiosos, & Laicos utriusque sexus, sive sunt familiares Curie, sive alii undecumque, qui aliquod pactum fecerint; seu aliquid parvum, vel magnum promiserint, vel promissione receperint, aut ex pacto, sive promissione occulta vel manifesta facta sub generalibus, & plenariis non expressis aperte verbis, quicquam dederint, aut receperint, magnum vel parvum, vel promissione de quacunque re, aut utilitate proper hoc consequenda fecerint, vel receperint pro aliqua justitia, sive

BONIFACIVS OCTAVVS:

199

sive gratia, pro se aut pro alio in causa, vel judiciis, seu aliis per literas Apostolicas quisbuscumque modis apud Sedium Apostolicam obtainenda.

§.1. Et hanc sententiam ad promittentes, & acceptantes, dantes & recipientes duximus extendendam.

§.2. Illos quoque qui aliquem sciverint culpabilem in predictis, & nobis intra dierum trium spatium non retulerint, vel alicui, per quem ad nos verbum fideliter perferatur, simili decernimus sententia subjaceat.

§.3. Decernimus etiam, ut nullus hanc incurrens excommunicationis sententiam, pro praedictis, vel aliquo predictorum, absque speciali mandato, nostra absolutonis beneficium valeat obtinere, nisi forsan ad nos habere accessum non posset, in mortis articulo constitutus. Nec etiam ad absolutions gratiam admittatur, nisi prius quantum dedit, vel recipit, integraliter pauperibus largiatur.

§.4. Jusitiam vero, sive gratiam sic obtentam, nullius prorsus esse momenti volumus, omnique statuimus care esse, & robore firmatis.

§.5. Sed scienter urentes ipsis, simili sententia excommunicationis adstringimus, & referentes nobis absolutionem eorum cum premisis, in omnibus, ad poenas similis obligamus.

II. Quod prope Ecclesias, & Conventus Fratrum Eremitarum Ordinis S. Augustini, non possint alii Religiosi Mendicantes nova loca aedicare infra spatium Cannarum centum quadraginta

Hicidem Pont. decrevit nova loca construi non posse a Mendicantibus, absque licentia Sedis Apostolicae, praterquam in Eremis, ut in cap. 1. de Excessibus Prelat. in 6. Sed novam dedit formam circa huismodi licentias Clem. VIII. inf. in const. 99. Quoniam, tom. 3.

De hoc Ordine Eremitarum S. Augustini notavi supra in const. 6. Alexand. I V. Licet.

Am.D. BONIFACIVS EPISCOPVVS, Servus Servorum Dei: Dilectis filiis Generali, aliisque Provincialibus, Prioribus, ac universis Fratribus Ordinis Eremitarum S. Augustini, Salutem & Apostolicam benedictionem.

A D consequendam gloriam Cœlestis Patriæ sic divina pietas per suam gratiam humilitatem vestram cernitur allexisse, quod semper ad hoc intenti estis & vigiles, ut illam vobis, & proximis per innocentis vitæ studium acquiratis. Hæc & alia sancta paupertinae religionis vestra merita nos inducunt, quod sumus ex intimo cordis affectu solliciti, ut in omnibus, quæ ad laudem Dei & tranquillum statum devotionis vestra cupitis, habeamus providentia studium efficacis.

§.1. Sanè non sine quadam turbatione animi frequenter audivimus, quod inter vos, & religiosos, illa de causa, emulationis, & dissensionis materia oritur, quod ipsi domos, & Ecclesiæ regulares juxta loca vestra non sine gravi veltro præjudicio, & scandalo manifesto, quandoque construerè præsumebant.

§.2. Cum itaque ad Apostolici spectet officii dignitatem de regno militantis Ecclesiæ cuiuslibet scandalis materiam abolere: Nos dignè volentes quod huicmodi simulationis & dissensionis occasio per diligentia nostra studium amputetur, auctoritate præsentium ordinamus, & districtius inkubemus, quod nulli liceat amo de Minorum, Prædicatorum, Pænitentiarum Iesu CHRISTI, S. Mariæ de monte Carmelo, S. Claræ, aliisque Ordinibus in paupertate fundatis; nullique mulierum de praedictis, seu quibuslibet aliis Ordinibus aliquod Monasterium, Ecclesiam, vel oratorium aedicare, seu construere; nulli quoque seculari, vel religioso, cuiuscumque professionis Ecclesiam, vel Monasterium, seu Oratorium jam aedicatum, in aliquem transferre de Ordinibus memoratis infra spatium centum quadraginta canna-

rum à vestris Ecclesiæ mensurâ darum per ærem; etiam ubi alias mensurari loci dispositio non permitit; præterea statuimus, ut quocumque contra hujusmodi ordinationis & inhibitionis nostra tenorem, ex nunc in antea aedicatum fuerit, dicuat.

§.3. Et ne de notitia Ordinum, & quantitate cannarum hujusmodi aliqua possit dubitatio exoriri, illos Ordines intelligi volumus in paupertate fundatos, qui ex regula, vel constitutionibus suis extra septa Ecclesiatum, Monasteriorum suorum, vel officinarum eorum, & clausuram ipsorum nullas debent possessiones habere. Quod si aliquis, de Ordinibus ipsis possessiones in aliquibus membris suis habere, in aliis vero non habere noscatur, cum quoad ordinationem, & inhibitionem hujusmodi prædictis Ordinibus in paupertate fundatis annumerari volumus.

§.4. Et quamlibet cannarum ipsarum octo palinorum longitudinem continere.

§.5. Non obstantibus varia locorum consuetudine, seu privilegiis, indulgentiis, sive literis quibuscumque, tam supradictis Ordinibus quam mulieribus, vel alicui eorum ab Apostolica Sede, sub quacumque forma concessis, seu etiam concedendis, quæ de præsentibus speciem, & expressam non fecerint mentionem. Nulli ergo, &c.

Dat. P.A. 10
Later. 11. Kal. Martii, Pont. nostri anno 1.

III. Quod Fratres Ordinis B. Mariæ de monte Carmelo cappis albis de cætero utantur, dimissis aliis mantellis diversorum colorum.

Approvalis & alia de hoc Ordine notavi sup. in
in const. 8. Honor. III. Ut vivedi.

BONIFACIVS EPISCOPVVS, Edita A.D.
Servus Servorum Dei: Dilectis filiis Generali, & ceteris Prioribus, & Fratribus Ordinis B. Mariae de monte Carmelo, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Ustis potentium desiderii dignum est nos facilem præbere consensum, & vota, quæ à rationis tramite non discordant, effectu præsequente completere.

§.1. Sanè lecta coram nobis vestra petitio continebat, quod olim bon. nem. Latino Hostiensi Episcopo, & Ger. valio tit. S. Martini in Montibus Presbytero Cardinali, significibus, per suas literas inter alia continentes, Priori generali, ceterisque Fratribus vestri Ordinis in generali nunc instanti Capitulo congregandis, quod fel. record. Honorius Papa IV. prædecepsit noster, de fratribus suorum consilio eis pia, & provida deliberatione concesserat, ut eorum habitum, sive varietatem ipsius minus decentem, & displicentem quam pluribus, in alium decentem commutaret.

§.2. Idemque Prior generalis, & fratres postmodum in Capitulo congregati prædicto, deliberatione super mutatione hujusmodi præhabita diligenti, unanimiter statuerunt, ut ex tunc cæteri Priors, & Fratres ipsius Ordinis Mantellis diversorum colorum, quibus uti conseruerunt, dimissis, omnino cappis albis in posterum uterentur.

§.3. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati, quod circa hujusmodi mutationem habitus in hac parte provide factum est, ratum & firmum habentes, id auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrino communimus. Nulli ergo, &c.

Dat. Romæ apud S. Petrum, 7. Kal. Decemb. Pontificatus nostri anno 1.

IV. De auctoritate Prelatorum Ordinis Fratrum Prædicatorum S. Dominici, eorum subditos juris apicibus, & appellatione postpositis, compescendi.

Alia de hoc Ordine attende supr. in const. 3.
Honor. III. Religiosam.

R. 4 BONI

Edita An. D. BONIFACIVS EPISCOPO PV S. 1296.
Servus Servorum Dei: Dilecti filii Magistri; Prioribus, & Fratribus universis Ordinis Predicatorum, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Causa con-
stitutionis. **A**D augmentum continuum Religionum, & Ordinum quos Romana suscepit, & approbabat Ecclesia, paternis studiis intendentis, & considerantes attenuatus, quod nō intermissa sedulitas disciplinae Religiones, & Ordines supradictos, statisque Regulares salubriter dirigit, & conservat, quodque si eam perire vel remitti contigeret, Ordo quilibet collabi necesse ad cogeretur. Pensantes etiam, quod si regularium personarum correctiones juris, & apices sequeretur, hujusmodi rigor lentesceret, ac multiplici laxatione torperet.

Autoritate
applicandi, de
qua in rub. **§. 1.** Nos vestrī supplicationibus in nobis auctoritate Apostolica indulgemus, ut ad cōtētiones, & punitiones Fratrum ejusdem Ordinis delinquentium infligandas Prælati Ordinis supradicti, ad quos eadem spe dare noscuntur, stimulis, & apicibus ipsis postpositis, libere procedere valeant secundūm consuetudines approbatas, & generalia facta & etiam facienda ipsius Ordinis instituta.

Proibitio
appellandi. **§. 2.** Nec volumus eisdem licere Fratribus, ab eisdem correctionibus, & punitionibus aliquatenus appellare, provida in hoc deliberatione, ac maturitate debita observatis. Nulli ergo, &c.

D.P. An. 2. Datum Roma apud S. Petrum, 6. Idus Maii, Pontificis nostri anno 2.

V.

Erectio Prioratus S. Antonii Viennensis, ubi corpus requiescit, in Abbatiam, & institutione illius Prioris in Abbatem generalem totius Ordinis Canonorum & Clericorum S. Antonii, sub Regula S. Augustini. Et præfinitio corum habitus cum signo T. quod potentiam vocant.

Multa privilegia concesserunt huic Ordini plerique
Pontificis ut dicam infra in Clem. VII. conf. 2. Ratione.

Modum autem colligendi eleemosynas huic Ordini præscriptis Greg. XIII. infr. in constit. 7. Romani, ubi notabo.

Edita An. D. **H**ONORIUS IV S E P I S C O P V S. 1297.
Servus Servorum Dei: Dilecti filii Priori & Conventui Monasterii S. Antonii, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentem, Ordinis S. Augustini, Viennae. Diæcesis Salutem, & Apostolicam benedictionem.

Premissum. **I**N dispositione Ministrorum Ecclesie Dei nobis credita potissimum considerante nos expedit tempus, causas personas, & loca, secundum quæ, pro emergentibus negotiis nova sunt consilia capienda. Et licet ex multarum inopinabilium diversitate causarum jugiter emergentium continua reddamus attentione solliciti, & profundis circa illa vigilis excitemur, ne desit Apostolicae sollicitudinis studium, ubi pastorale tenemur injunctum nobis officium exercere, in eo tamen præcipue studiorum nostrorum sedulitas officiosa versatur, quod ad eum omnium Ecclesiarum & locorum, ac religiosorum maxime, quorum (licet immixti) regiñini præsidemus, opportunam soleremus, & soleremus diligentiam impendamus, ut gratia cooperante divina, sic corum statui salubriter consulatur, quod expiatis diffidis, & perturbationibus, ab eisdem præserventur innoxii, quietis ubertate latentur, & rectoribus providis, cum tempus provisionis occurrit, eorum regimen committatur.

Controversia
ora erant
inter abbatis
Monasterii S.
Antonii VI.
Dicte. **§. 1.** Sanè inter dilectos filios Abbatem & Conventum Monasterii montis Majoris ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, Ordinis S. Benedicti, Arelatensis. Dicte celis ex parte una, & dilectum filium Aymonem Abbatem Monasterii S. Antonii ad eandem Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, Ordinis S. Au-

Prioratus
que ante
summa
brevi
caeteri
corpus in
quis sit.

§. 3. Et quia Prioratum eundem propter ipsius B. Antonii reverentiam, cuius gloria merita per Universas Ecclesias in hujus Orbis latitudine constitutas, manifestius innescunt, cujusque corpus, sicut fama celebris gis ad b. rem S. Antonii, corporis in quis sit.

misit ad posteros, & intinera quæ per eundem Sanctum ibidem Dominus miracula jugiter operatur, patenter ostendunt, in Prioratu ipso quiescit, condignis effetti honoribus, non tam dignum, quam debitum existimantes, Prioratum ipsum in Abbatiam eximus, de predicatorum fratrum consilio, & ejusdem plenitudine potestatis, certo Canonorum seu fratrum inibi numero constituto.

§. 4. Ac ut dissensionis, & emulationis cujuslibet occasio inde præcederetur omnino, prædictum Hospitalcum omnibus membris suis in quibuscumque Mundi partibus constitutis, eorumque pertinentiis & juribus, ipsi subjecimus, & univimus Abbatem.

§. 5. Autoritate Apostolica statuentes, ut locus ipse qui prioratus in antea dicebatur, foret, & appelletur *Abbatia non pri-*
cetero Abbatia, & ij qui præsenter eidem, nomen semi-
per & dignitatem obtinerent Abbatis, & Abbatiam ipsa-
ac dictum Hospital sibi unitum simus perpetuis futuri
temporibus, constitutione vel consuetudine quavis non
obstante contraria, gubernarent, nec Magistri, vel
Domini de cetero, sed Abbes Monasterii S. Antonii
tantummodo appellaruntur.

§. 6. Quibus universi fratres Hospitalis & membro-
rum eorundem, quos Canonicos seu fratres Monasterii
S. Antonii volumus de cetero nuncupari, patent hu-
militer in omnibus & intenderent.

§. 7. Quodque in eodem Monasterio S. Antonii, &

Hospitali, ac membris eisdem, B. Augustini regula ser-

retur, & secundum eam dicti Abbas & Canonicci seu fra-

tres perpetuo vivere tenentur.

§. 8. Ha.

§. 8. Habitum verò cum signo T, quod potentiam vocant, in honorem ipsius B. Antonii tam Abbas, quam Canonici seu fratres prefati juxta morem solitum ipsius Hospitalis, semper & aperte portarent.

§. 9. Ipsius quoque Monasterium cum Hospitali prædicto, & omnibus membris, ac bonis suis existentibus ubicunque, & Abbatem, Canonicos, seu fratres ejusdem nunc praesentes atque futuros, ab omni jurisdictione, potestate, subjectione ad dominio Archiepiscopi, Episcopi, & Ordinarii cuiuscumque omnino duximus eximenda. Decernentes ea omnia immediate soli dumtaxat Romano Pontifici subjacere.

§. 10. Et quia era equitati & rationi conveniens, ut prædictum Monasterium motis Majoris nobis & Ecclesiæ Romanæ immediate subiectum, & Abbatem & Conventum ejusdem sic benigno respiceremus affectu, quod exemptio, amotio & alia quæ in favorem Monasterii S. Antonii & Hospitalis prædictorum, & propter bonum pacis, & concordie per nos ordinata erant, in ipsorum Monasterii Abbatis, & Conventus montis Majoris non cederent omnino dispendium & jacturam, in recompensationem eorum, quæ præmissorum occasione subtracta nocebantur eidem certam quantitatem bonorum stabiliū in locis idoneis infra certas Provincias eisdem Monasterio, Abbatem, & Conventui montis Majoris, per Abbatem S. Antonii certo modo præcipimus assignari, prout hæc & alia in aliis nostris literis inde concessis plenius continentur.

§. 11. Cum igitur prædicto Monasterio S. Antonii quod per hujusmodi ordinationem nostram, præfectorie Abbatis noscitur indigere, sit de Abbatे idoneo prævidendum. Nos de ipsius statu prospero, more patris solliciti propensius cogitantes, & considerantes attentius quod vix ulli committi posset melius ejus cura, quam prædicto Aymoni, qui loci & personarum conditiones, & statum oculata fide palpavit, & cui, sicut fide dignorū testimonio accepimus, religionis observantia, morum honestas, circumspetionis industria, & alia dona virtutum multipliciter suffragantur, præfatum Aymonem olim hospitalis prædicti Magistrum, à vinculo quo ipsi Hospitali tenebatur, hæc tenus absolutum, eidem Monasterio S. Antonii de Fratrum prædictorum consilio, in Abbatem præficimus, & pastorem, sibi curā, administrationem, & regimen ipsius Monasterii S. Antonii in spiritualibus & temporalibus committentes.

§. 21. Quocirca universitatem vestram monemus, rogamus, & hortamur attente, & per Apostolica vobis scripta mandamus, quatenus eundem Abbatem bene recipientes, & honeste tractantes, exhibeatis ei obedientiam, & reverentiam debitam & devotam, ejus salubria monita & mādata suscipiendo, & devote & efficaciter adimplendo, ita quod mutuò inter vos ac ipsum & spirituale possit abundare gaudium, & prosperitatis optata confurgere incrementum: alioquin sententian quan ipse propter hoc rite tulerit in rebelles, ratam habebimus, & faciemus auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam in violabiliter observari.

Datum apud Vrbem Veterem, 15. Kalendas Junii, Pontificatus nostri Anno tertio.

VI. Canonizatio S. Ludovici Regis Franciæ, Confessoris: Et institutio suæ festivitatis pro die 25. Augusti quotannis celebrandæ: Ac indulgentiarum elargitio pro visitantibus ejus sepulchrum.

BONIFACIVS PAPA VIII.
Universis Christi fidelibus, Salutem & Apost. bened.

Gloria, laus & honor Patri luminum, à quo est omne datum optimum, & omne donum perfectum, à crucis fidei orthodoxæ cultoribus, quotum spes tendit ad superos, summis & sedulis dévotionis & reverentia studiis referatur. Ipse namque in misericordia copiosus, liberalis in gratiis, & in retributione munificus, de supre- mis cœlorum ad ima Mundi oculo suæ Majestatis in-

festans, & benigna consideratione discutiens, B. Ludovici quandam Regis Franciæ incliti, fuisse gloriissimi Confessoris merita grandia, operaque misericordia, quibus in tempore constitutus in sæculo, euæ leterna lumenosa splenduit, eaque velut iustus Iudex & retributor laudabilis dignanter intendens condignis recompensare muneribus, eum tanquam emeritum, & retributione dignissimum, post vita præsentis ergastulum, & laboriosa Mundi certamina, quæ servens in divinis obsequiis potenter & patenter exercuit, & thereis sedibus collocavit, ut sedeat cum Principibus & solium gloria teneat, scelicitatis æternæ dulcoribus potitus. Exultet igitur Mater Ecclesia, & solemnia festiva concelebret gaudiorum,

*Exultatio di-
R.E. & totius
fidelis populi
de meritis &
laudi. S. Lu-
dovici Regis
Franciæ.*

quod tantum & talem filium genuit, produxit natum, educavit alia unum jam inter Regum gloriosa cœlestium agmina rutilantem. Lætetur inquam, & jubile, ac in laudes Altissimi voces promat, quod sobolis tam præcelsæ, tam celestis illustrata fulgoribus, insigniis decorata conspicitur, quæ sonoris attollenda præconis, summæque veneratio exhibitione colenda, enucleatiū sperit, evidentius explicat, illos ad perennis beatitudinis gaudia, & hæreditatis æternæ participium admittendo, qui prædicta Ecclesia, Matrem fidelium, Sponsam CHRISTI, claris fidei & operis testimoniis profidentur, nullisque in superna patriæ gloriā, nisi per ejus, utpote Cœlorum clavigeri, ministerium virtuosum ostiis referatis altissimis, introire. Gaudeant incolarum turbæ cœlestium de tam sublimis, tam lucidi habitatoris adventu; quodque ipsis expertus probatusque fidei Christianæ coloniæ cultorique præspus aggredatur. Personæ lætitiae jubilum ciuium generosa nobilitas supernorum, quod tati talisque concivis suscepisse, dignoscitur adjectivum, ac venerabilis Sanctorum cœtus gaudio & exultatione reflareat, de nova dignissimi adhibitione consortis. Exurge itaque concio fidelium numerosa, exurgite fidei zelatores, & una cum eadem Ecclesia, laudis uberis hymnum concinete: perfundatur imbre copioso lætitiae vestra præcordia, & secundo rore dulcedinis arcana peccoris repleantur, de tanta & tam potentis & egregii Principis exaltatione terreni, speci tutissima plenitudine præcepta, quod nobis de cōdigena terrenorum compatriota cœlestium jam effectus, apud æterni Patris Filium efficax patronus accrevit, qui pro salutis nostræ profectibus, jam in ejus præsentia positus, solertis exercet officium Oratoris. Porro quis posset amplio famine præponens, quis disertus quantulibet, aut elequentia nitore coruscans, sufficierem extimere præcelsa sanctitatis insignia, & multipliciter excellentiam meritorum, quibus B. Ludovicus prædictus in tertis constitutus effulgit: cum eo plura de ipsis laudabilibus actibus referenda se offrant, quo plura calamus exprimit, pandunt labia, lingua pâgit. Sed ne ipsorum actuum claritas sub nubilo lateat, & tenebris obducatur, dignum duximus, ut de illis aliqua sermo noster aperiat, & deducat in publicam notionem.

§. 1. Hic profecto clarissimus genetæ, sublimis potentia, facultatibus opulentus, præcelsus virtutibus, moribus elegans, conspicuus extitit honestas, inhonestis & turpibus à se penitus relegatis. Nam sic pudicitia adhærit operibus, sic carnis studuit evitare contagia, quod

*Qui etiam
conjugatus
pudicitia fer-
dit, Regnum
Francia iu-
re, pè, fac
licitate guber-
navit & re-
xit.*

sicut habet certa credulitas plurimorum) nisi ei nexus accessisset uxoris, candore virginea utilasset. Longo quippe tēporis spatio prædicti Regni regimini præfuit, ejusque gubernaculum plena curis, provida circumspectione direxit. Nulli noxiis, non injurious alicui nemini violentus, iustitia limites summopere servavit & coluit, exequitatis tramitem non relinques, perversorum conatus nefarios pœna debita inuincere compescuit, malorum molimina conterens, pravorum illicitos ausus frœnans, pacis zelator eximius, fervidus amatot concordia, promotor extitit sollicitus unitatis, dissidia fugiens, vitians scandala, dissensiones abhorrens, proper quod sui fæclicis regiminis tempore, sedatis undique fluctibus, subductis noxiis, turbibibus profugatis, Regni ejusdem incolis aurora dulcissimæ tranquillitatis illuxit, lætaque se-

renitas votivæ prosperitatis arribit.

§. 2. Et de vita ipsius aliqua referantur, licet illa quo Dei amor.

referent

referentis afferat gaudi plus dulcoris, mentesque dele- que tunc plurimi circumstantes instantissime suade-
det obnoxius auditorum. Ab ineuntis etatis primordiis
Dei Filius tenera mens affectione dilexit, nec diligere
desii studia continuando salubria, dum vita sibi com-
moditas affuit temporalis; sed quanto majori profecit
etate, ac in tempora prolixiora prosiliit, tanto ejus exar-
sit amor fervore spiritus ampliori.

*Patre puer
ipse oratus,
à Blanca
matre Fran-
cia Regna
prudenter
educaatur.*

*Adulterus Bo-
elegastica di-
sciplina &
divisorum
recitationis
incumbit.*

*Iuvenis an-
norum virgin-
is suscipit si-
gnaculum
Crucis in
subsidium
Terra San-
cta.*

*Amplaque
cum navigio
& maxima
cobre ad d.
subsidium
transfreta-
tiva.*

*In manus Sol-
dani & Sa-
racenorum
tacido, patet
terque multa
sufficiunt.*

*Cum eis pa-
cifici noluit, fi-
dum Christi
defere esse
promissum, eis
causa quo con-
cordia ab eo
non observa-
retur.*

§. 3. Hic quidem cum esset annorum duodecim, pa- que tunc plurimi circumstantes instantissime suade-
terno destitutus auxilio, sub clar. mem. Blanca Regina
Francie matris sua custodia & gubernatione remansit,
qua circa divina obsequia ferventer intenta, eum pru-
denter diligenter instruere satagebat, ut ad
præfati Regni regimen, quod sua directionis expetere
providentiam noscebatur, dignus, & sufficiens heret, ac
idoneus haberetur.

§. 4. Cumque per incrementa temporum idem Rex
etatis annum quartumdecimum attigisset, prædicta Re- que tunc plurimi circumstantes instantissime suade-
gina illi magistrum proprium deputavit, qui eum scientia
literarum imbuaret, ac bonis moribus informaret, ipse
que Rex sub ejusdem magistri ferula positus, sic ei obe-
diens & reverens existebat, sive illius recipiebat hu-
militer disciplinam, quod superna præventus gratia, pro-
fecit laudabiliter in utrque circa divina, sic intentus of-
ficia, ut nequaquam ipsorum auditione contentus exis-
teret, nisi ea quia coram se die noctuque a suis faciebat
Clericis solemniter celebrari, ab ipso cum eorum aliquo
attentus dicerentur.

§. 5. Demum successu temporis in anno vigesimo con- que tunc plurimi circumstantes instantissime suade-
stitutus, & quadam sibi ægritudine superveniente grava-
tus, à Parisien, & Melden, Episcopis assistentibus tunc ei-
dem, vivifica Crucis signaculum in Terra Sanctæ sub-
sidium sibi cum multa instantia petiti exhibeti. Et licet
hoc ei rationabili causa moti, præfati dissuaderent Epis-
copi, ipse tamen, utpote fervens spiritu erga Dominum,
eique votis ardenter famulari desiderans, illorum salu-
briter dissensionibus non admisis, signum hujusmodi
manu præfati Parisien, Episcopi cum multa letitia &
exultatione suscepit, Prælati, nobilibus, & militibus
pluribus signum assumentibus cum codem.

§. 6. Et tandem amplio preparato navigio, factisque
apparatus aliis que in talibus requiruntur, cum trige-
sum quartum annum attigisset etatis, in prædictum
subsidium transfretavit, N. consorte, & quandam Ro-
bertum Atrabaten, Alphonsum Pictaviæ, & clar. mem.
Carolum Regem Sicilie, tunc Andegaviae Comites, fra-
tres suos dum adhuc viverent secum ducens, multa gra-
viaque pericula quo solent æquoris fluctus infligere su-
stinentendo.

§. 7. Cumque ad partes illas ingenti circumfultus po- que tunc plurimi circumstantes instantissime suade-
tentia pervenisset, & habito de Civitate Damiate ca-
ptione triumpho, processisset ulterius, generali quasi to-
cius ejusdem exercitus, sicut Domino placuit, ægritudine
subsecuta, & aliis adversis urgentibus, præfatus Rex cum
toto fere exercitu supradicto in N. Soldani & Saraceno-
rum manus ac potentiam incidit, multa opprobrii mul-
taque injurias, quæ inferentium foeda conditio adau-
gebat, patienter & humiliter tolerando, præfato Roberto
Comite pro fide C. R. I. S. ab illis innaniter in-
terempto.

§. 8. Postmodum autem habito cum Soldano tunc vi- que tunc plurimi circumstantes instantissime suade-
vente tractatu de jam dictis Regi & exercitu liberandis,
maxima interveniente pecunia quantitate, ipsoque Sol-
dano occasione hujusmodi à vassallis propriis interfe-
cto, Saraceni qui ejus dominium usurparant, ad pecunia
anhelantes tandem, cum multa instantia postulabant, ut
in conventionibus ordinatis cōcorditer inter partes ju-
rejurando firmandis adderet, quod nisi ipsi pacta serva-
rent, omnino Mahometum, quem colunt, ut dicitur, de-
negarent, ac idem Rex in suo similiter adjiceret juramen-
to, quod & ipse Dei negaret Filium, ac extra fidem eius
existet, si conventiones prædictæ ab eo minime serva-
rentur. Quod præfatus Rex prorsus abominās, id efficere
constantissime recusavit, quin potius quadam indignatione
commotus patenter afferuit, quod talia tam nefanda
suis labiis aliquatenus non proficeret, neque in tam ve-
sanam & reprobam prouumperet negativam: quanquam
id ei jam dicti Pictaviæ & Andegaviae Comites, alii-

§. 9. Sanè cum iamdicti passagii tempore, post con- que tunc plurimi circumstantes instantissime suade-
flictus diversos & varios, valide famis inediām, graves
periuria, dira vulnera quæ fideles C. R. I. S. pertur-
berant, eodem Rege tunc tēporis fluxum ventris & ægri-
tudines alias patientes, Christianus revertetur exerci-
tus Damiatam, Rex ipse nolens ipsum omnino deserere,
sed ejus potius clementer intendens communicare labo-
ribus, & participare periculis, que tunc ex verisimili po-
tentia conjectura timeri, illuc redit cum codem, contra
Saracenorum rabiem truculentam insultuque ne-
farios sibi efficax defensionis impendendo præsidium,
ut ab hujusmodi hostium sceleris insidiis servaretur.
Et tandem cum Saracenorum ipsorum astuta nequitia,
& dolosa calliditas, tam grandi bellantiū copia Christia-
num circumdedissent exercitum; valida tunc, sicut præ-
mittitur, infirmitate detetum, ipsumque tam graviter in-
valisset, quod Regem & exercitum supradictos oportuit
se præfatis reddere Saracenis, ac idem Rex nisi facto vo-
luntatis libitum obstisset, navis tunc promptæ potu-
set evasisse suffugium, sibique hoc plurimi magnique
præsentes inibi fuaderet, ipse tamen propter simia chari-
titatis ardorem, quo vehementius æstuabat, volens po-
tius periculis corpus exponere, ut Christianus populus
servaretur illæsus, licet Saracenorum notitiam ipsius
debilitas non lateret exercitus, nec Saracenorum exis-
tentibus cæteris vinculo captionis adstricis, apertius
asserendo, quod Militiam quam secum duxerat, secum si
posset reducere intendebat, vel capi seu mosi pariter
cum eadem.

§. 10. Cumque inter Regem & Christianos, ac Sarace- que tunc plurimi circumstantes instantissime suade-
nos prædictos, de ipsis Regis & Christianorum, sicut superius est expressum, liberatione tractatus habi-
tus, & conventionum subsecuta ordinatio exitissent, Sa-
raceni pro quadam parte pretii redemptionis hujusmodi,
qua solvenda restabat, securitatem plenariam habere
intendentes, in electionem ipsius Regis totaliter posue-
runt, ut vel ipse liberaretur à carcere, remanentibus cæ-
teris Christianis in vinculis, donec hujusmodi solutio
perfecta succederet, vel quod idem in carcere remaneret,
Christianis ipsis omnimodè liberatis, præfatus Rex super
hoc promptum, nec dilatum responsum præbuit, quod
ipse quoque solutionis hujusmodi proveniret integras,
remanere in carcere intendebat, Christianis ejus-
dem libertati pristinæ restitutis, quanquam præfati Al-
phonsum & Carolus, ac alii viri nobiles tunc astantes ex-
prese dicent, & proferentur apertius, quod in hoc
nullatenus consentirent, supplici adjacentes instantia,
quod potius Rex ipse recederet aliis minimè absolutis;
Rege ipso firmissime replicante contrarium, assentiente
sermonibus corundem. Et tandem Rege cæterisque cap-
tivis ejusdem plenè redditis libertati, dicoque Alfonso
pro ejusdem solutionis perfectione obside facienda di-
misso, præfatus Rex de galea in qua erat, egredi noluit
donec ipsius solutionis defectus extitit adimpletus, di-
eisque Alphonsum ad ejus præsentiam redit, ac omnes
etiam Christiani quos in propinquuo carcere detinebat,
inclusos, quosque in Babyloniam manus inimicis non tra-
xerat, liberati à vinculis, ac illi etiæ qui tunc in Damiate
similiter tenebantur, fuerunt in navibus collocati.

§. 11. Demū præfatus Rex cum codem liberatus exer- que tunc plurimi circumstantes instantissime suade-
cit, ad Civitatem tediens Acconen, moramque inibi
fere per quinquennium contrahens, & tanquam fervidus
humana salutis amator, multorum Agarenorum men-
tes, dutas quantumlibet, non solum salubribus eloquiis
suadens, sed etiam exemplo vita laudabili convertit ad
Domini

Dominum, ipsos faciens ad blandem divini nominis, & imminebat, statim de ipsa rumoribus intellectis, certam exaltationem Catholicae fidei honorifice baptizari, eos donis præsequendo largiſtis, & gratiosis favoribus conſovendo.

§. 12. Multosque milites, & alios Christianos redimiſtis, faciens, eis de munificencia regia tam uestes, quam cædumis, tera necessaria vieti, prout singulorum suadebat conditionis, ministrabat.

§. 13. Mutos quoque seu mentia Civitatum & Castroſtrorum quamplurium, qua in illius partibus à fidelibus tenabantur, fecit reparati ſolemniter, eaque alias munitiones plenariæ, prout necessitas suadebat.

§. 14. Verum prædictus Rex processu temporis, intellecto quod matrem ejus mortuam amara subtraxerat, & eiden Regno grave periculum immineret, de Procerum ſuorum consilio ad partes Francie remeavit, nunc sanitatis inſilens operibus, nunc Monasteria & Hospitalia pauperum, nunc domos alias divinis obsequiis dedicandas, (qua longum eſſet enarrare per singula) conſtruendo, eis de bonis propriis amplis dotibus deputatis, nunc etiam infirmos ac debiles in diversis Monasteriis & Xenodochiis decumbentes, personaliter visitans, ipſos verbiſ confolatoris conſovebat, eis manibus prius, flexo genu potum & cibaria ministrando.

§. 15. Cumque in monasterio Regalis Montis Belvæcensis diœcesis, quod idem Rex opere plurimum ſumptuofo conſtruxit, ac dotibus decoravit eximis, Monachus quidam Leodegarius nomine moraretur, quem adeo lepra morbus invaserat, quod abominabilis factus & defectus quamplurimum, manebat segregatus ab aliis, in quadam camera poſitus Monasterii memorati, ejusque oculi ob gravis infirmitatis pondus seu malitiam ja consumpti nihil omnino videbant, eorum foraminibus ſive logulis, rubeis & horridis iam effectis, qui que naſum perdidera, ejus tumefactis non modicum labiis, & profunda fixura deſtructis, ac idem Rex eum, praefente dumtaxat Abbatे Monasterii ſupradicti, personaliter visitaret, ipſumque ſulementem cibū, ut poterat, inveniſſet, præfatus Rex præmio benigne ſalutationi alloquio, flexit genu coram ipso, & ſcindens manibus propriis carnes eidem appositis, boloſ in os ejus ſtudioſiſſime immittebat, & hujusmodi non contentus obſequio, illatis dampibus ejus iuſſione regalibus, de ipſis eidem Monacho ministrabat, loci aut agri qualitatē horribilem nō evitans, eodem Abbatē veheſtenti ſtupore concuſſo, quod tanti ſublimitas Principis talibus, quantumcumque fabrilibus involvi ſtudiis, ac ſervitiis poſſet occupari.

§. 16. Præterea cum dictus Rex hospitale Compendiū, ingressus, ad impendendum humanitatis obſequium infirmis in illo degentibus, & jam fessus non modicum in labore, infirmum quendam juxta ſe poſitum conſperxifet, morbum qui S. Eligii dicitur patientem, & flexis genibus coram ipſo, mortellum piti remoto cortice ponet in os ejus, ſanies de illius naribus effluens fecerat turpiter manus Regis, qui piè benigneque id tolerans, nec in aliquo exinde immutatus, lotis illico manibus, ſalubris quod inchoaverat obſequium, diligenter extitit proſecutus.

§. 17. Hic tevera circa ſervos CHRISTI ac pauperes, aliasque miserabiles ac devotas personas valde compatiens, ſe ipſum in elemofynarum largitatē munificum exhibebat. Virginibus inſuper, quibus inopia effectum maritalis copula denegabat, ne illas in carnis lubricum labi conſideret, de dotibus congruis providebat, illud de bonis regalibus laudabiliter & ſalubriter expenſum reputans, quod in elemoſinas & alios pios uſus converti pro tempore noſcebat.

§. 18. Hic prædicationibus, & aliis propositionibus verbi Dei, atteutum accommodabat auditum, non auditor obliuſos factus, ſed factor operis. Occurrebat hereticæ pravitatis infedelos, ne fidei Christianæ cultores labeficij contagionis inficerent, de Regni prædicti finibus efficacibus ſtudiis expellendo, ac alias circa ſtatū ejus providendo ſollicitè, ut ab ipſo fomentis talibus proſuſus exclusiſſimæ fidei prædictæ ſinceritas rutilaret.

§. 19. Cum verò aliquibus partibus dieti Regni ob pluralitate præfulferat, ſic miraculorum diverſitate claritatem ſeu malitiam temporis, viualium catiſtia reſereret, & qui cum plenissima devotione coluerat, jam ſecum

§. 20. Hic profeſtò humilitate ſublimis, ſublitatē humili, in apparatu & uestibus, quas frequenter pauperibus abrogabat, post primum potiſſimum de ultramarinis partibus redditum, ſumma humilitatis insignia demoftravit. Non enim aureis vel argenteis ornamentis, non regalibus uestibus, non vatriis vel griseis, ſed aliis humilibus pelliibus uſus fuit, ſacularibus pompis à ſe penitus abdicatis.

§. 21. Et ne fervorem ſpiritus ſociæ carniſ ardor extingueret, ſed mortificatione & repræſiſſione ipſius illum potius accendi continget, altiusque ſuſtollī, & caro in ipſam, quam aſſidui aſperitate cilicij, pto ut aſſeritur, abſtinentia. Cilicium gloriam, carniſ ardor, que multo ipſius & caro in ipſam, quam aſſidui aſperitate cilicij, pto ut aſſeritur, abſtinentia.

edomans, effræne ipſius libitum arcta abſtinentia frater coeruit, ejusque nexibus alligavit, ut non voxi proprii ducta libidine, non ſui desiderii directa remigio, ſed ſalubri moderatione ſpiritus, tute ad licita pergeret, provide ab illicitis abſtinetet, diſtriſtis enim corpus atterebat jejunii, priſcorum obſervantia à Sanctis Partibus ordinata, novorum auſteritatem adjiciens ſibi motu propria voluntatis indicātum. Nam per torum quadragesimalē tempus, & quadragesima dies festum Natalis Domini præcedentes, ac omniū festivitatum vigilias, neceſſon & quatuor tempora, qua Catholica indicii Ecclesia, in jejunis & orationibus exiſtebat, delicioſis & curioſis cibariis uſu proprio penitus interdiſis. In festivitatum verd Virginis glorioſa, ac Natalis Domini memorati vigiliis, & ſexta Feria majoris hebdomada jejunium obſervabat, panis & aquæ dumtaxat modica ſuſtentatione contentus. Qualibet etiam die Veneris Quadragesimæ ſupradictæ, ac totius Adventus, ab eſu píſcum abſtinebat, multis præterea ſe vigiliis occupans, ne aliqua ſibi hora temporis inutiliter pertransiret.

§. 22. Post ejus reditum ſupradictum non in pluma vel paleis jacuit, ſed ſuper lignum lectum portatilem materacio ſimpli ſuperjeſto, ſtramine nullo ſuppoſito, decumbebat.

§. 23. Hic inſuper vita puritate prælucidus, hinceter veritatis amicus extitit, hoſtisque durifimus falſitatis.

§. 24. Cuncta quoque ipſius eloquia ſalutis augmentum, operaque ſalubria hortabantur, demulcebant auditorum præcordia, & in eorum ædificationem multipli- cem redundabant.

§. 25. Cumque ad incrementa Catholicae fidei, & liberationem celestem Terræ sanctæ votis ardentibus anheterum cu po- laret, in ipſius Terra Sanctæ ſubſidium aſſumpli de- ſtū exercitū proficiunt, fixo exercitu pte Tunnitib Regina Navarræ, ipſius Regis filia, qua in reditu debi- tum natura perſolvi, ad partes ſe tranſulit tranſinari- preveniuntur, contrahebat, Regis memorati uestigia ſubſequente, ac tandem ad partes Tunnitii felici greci perueniens, inibi de Magnatum ſuorum conſilio caſtra fixit, & aduersus Saracenorum incurſus exercens potentia ſuæ vites gra- viſſimas, ob labores innumerous, quibus premebatur affidū, infirmitates incurrit, qui diebus elapſis aliquibus infirmitatū ipſarum violentia ſuperatus, Sacra- menta Ecclæſiatica cum ſumma devotione recepit, ac iſtante ſibi veriſimiliter hora mortis, oratione pro exercitu Christiano præmissa, ſuam Domino devoutis precibus ani- manū recommendans, ac literaliter exprimens verba ſe- quentia, videlicet, Pater in manus tuas commendo ſpi- ritum meum, feliciter migrauit ad CHRISTUM, ſupernis deliciis fruiturus.

§. 26. Verum cum vijs hujusmodi funditus curriculo, verius viueret quam vixisſet, noluit Altissimi Filius, quem idem totū mentis affectione dilexerat, tam devoti Princi- cipis, tantique propugnatoris fidei orthodoxæ, Mun- do ſupprimi ſanctitatem, ut quemadmodum meritorum miraculis

secum in coelesti Palatio collocatus, venerabiliter cole-
retur. Nam contractis, artuum extensione subvenit,
curvis terram feret tangentibus facie, plene restituit, eo-
rum sursum erat & multibus, sanitatem, struens benefi-
cium liberationis impedit.

Mulieribus. §. 27. Mulierem quandam, cuius brachium aridum
et omnino impotens exstebat, ab infirmitate hujusmodi
liberavit.

Et alterius. §. 28. Quidam quoque, cuius velut emortuum pen-
debat brachium, per ejusdem Sancti virtutem gratiam
curationis obtinuit.

Paralyticus. §. 29. Quampluribus paralytico mortbo percussis, &
& alios sa-
nos facit.
alios.

§. 30. Cæcisque visu; surdis auditu; claudis gressu,
illius invocato nomine restitutis.

Hæc & alia vitæ miraculis gloriose, quorum scriem præsentibus non
miracula f-
ciat.

§. 31. His & quampluribus aliis Sanctus ipse corusea-
de omniū
latisse.

§. 32. Gaudet itaque domus inclita Franciæ, quæ ta-
mantis & ge-
neralis debet
Vnde com-
munitate
Confessorum
Catalogo ad-
scribitur.
scriptis.

§. 33. Ceterum quia quos superni Regis clementia
corona gloria in celo magnificat, devote à fidelibus in
hac terrestri patria conveniente venerari, Nos de sanctitate
vitæ ac miraculorū veritate ipsius Beatiissimi Ludovici
curiosæ ac solemnis inquisitionis diligentia, & districci
examinis discussione præmissis, plenaria certitudinem
obtinentes, ipsum de communī Fratrum nostrorum, &
Praelatorum omnium tunc apud Sedem Apostolicam exi-
stentium consilio & assensu, die Dominicæ 3. Idus Au-
gusti Sanctorum Catalogo duximus adscriendum.

Pestisque. §. 34. Ideoque Vniveritatem vestram monemus &
ipsum die 27. Aug. celebra-
ti infra:
re.

§. 35. Ut autem ad venerabile sepulchrum ipsius fer-
ventius & copiosius Fidelium confluat multitudo, ac ce-
lebrius ejusdem solemnitas peragatur, omnibus verò pe-
nitentibus & confessis, qui reverenter illuc in eodem fe-
sto annuatim accesserint, ejus suffragia petituri, de omni-
potentis Dei misericordia, & Beatorum Petri & Pauli
Apostolorum ejus, auctoritate confisi, unum annum &
quadraginta dies; accedentibus verò annis singulis ad
prædictum Sepulchrum infra ejusdem festi Octavas,
quadraginta dies de injunctis sibi pœnitentiis miseri-
corditer relaxamus.

Datum apud Vrbem Veterem, 3. Idus Augusti, Pont.
die 11. Aug. nostri anno 3.

VII. Institutio Sanctissimi Iubilæi, plenariaque peccato-
rum remissionis, pro quolibet centesimo anno,
Basilicas SS. Petri, & Pauli Apostolorum de
Vrbe visitantibus.

Immutatus pluries fuit à Summis Pontificibus hic cen-
tesimus annus, & tandem à Paulo II. ad vigesim-
imum quintum redactus fuit, ut infra in eius const. 7.
Ineffabilis. Et addita etiam fuit altiarum duarum
Ecclesiastum visitatio, ut bac omnia legantur infra-
in const. 8. Clem. VIII. Annus.

Jubileum anni Sancti 1625. indixit S. D.N. Vrb. VIII.
ut infr. tom. 4. in ejus const. 16. Olynes gentes; ad
quam plenissimè notavi.

BONIFACIUS EPISCOPVS, &c.
Ad perpetuam rei memoriam, &c.

Antiquorum habet fida relatio, quod accendentibus
ad honorabilem Basilicam Principis Apostolorum
de Vrbe, concessæ sunt magna remissiones, & indul-
gentia peccatorum.

§. 1. Nos igitur qui juxta officii nostri debitum salu-
tem appetimus, & procuramus libentius singulorum, hu-
jusmodi remissiones & indulgentias omnes & singulas,
ratas & gratas habentes, ipsas auctoritate Apostolica
confirmamus, & approbamus, & etiam innovamus &
presentis scripti partecipio communimus.

§. 2. Vt autem Beatissimi Petrus & Paulus Apostoli,
eo amplius honorentur, quo eorum Basilicæ de Vrbe de-
votius fuerint à fidelibus frequentatae, & fideles ipsi sp-
iritualium largitione munerum, ex hujusmodi frequenta-
tione magis fenserint se referatos, Nos de omnipotentis
Dei misericordia, & eorumdem Apostolotum ejus me-
ritis & auctoritate confisi, de fratribus nostrorum consili-
o, & Apostolice plenitudine potestatis, omnibus in præ-
senti anno millesimo trecentesimo, à festo Nativitatis
Dominii nostri Iesu Christi præterito proximè inchoa-
to, & in quolibet anno centesimo sequenturo, ad Basili-
cas ipsas accendentibus reverenter, verè pœnitentibus &
confessis, vel qui verè pœnitentebunt, & confitebuntur, in
hujusmodi præsenti, & quolibet centesimo secuturo an-
nis, non solum plenam & largiorem, imo plenissimam
omnium suorum concedemus & concedimus veniam
peccatorum.

§. 3. Statuentes, ut qui voluerint hujusmodi indul-
gentia à nobis cœclæ fieri participes, si fuerint Roma-
ni, ad minus trigesima diebus continuis, seu interpolatis,
& saltem semel in die, si vero peregrini fuerint, aut fo-
renses, simili modo diebus quindecim, in Basilicas eas-
dem accedant. Vnusquisque tamen plus merebitur, & in-
dulgentiam efficacius consequetur, qui Basilicas ipsas
amplius & devotius frequentabit. Nulli ergo, &c.

Dat. Romæ apud S. Petrum, Kalend. Martii, Pontif. die 11.
nostrii anno 6.

Erectio Studii generalis in Civitate Firmana,
Provinciæ Marchiæ Status Ecclesiastici, cum
privilegiis, gratiis & indultis Studii Bononiensis.

Hanc erectionem approbavit Calix. III. die 16. Jun.
1455. & Sixt. V. infr. in sua const. 9. Muneris, ubi
hoc idem studium tunc ferè extinctum renovavit.

De Studii Bononiensis privilegiis, vide infrà in consti-
tut. 69. Pii IV. Sacri. Et alia de Lectoribus & Scho-
laribus ejusmodi Studiorum, in præcit. const. Sixti V.
notabo.

BONIFACIUS EPISCOPVS, &c.
Serens Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

IN supremæ dignitatibz Apostolicæ specula superni di-
pensoatione Consilii licet immoriti constituti, ad uni-
versas fidelium regiones nobis creditas, eorumque pro-
fectus, & commoda, tanquam universalis gregis Domini-
ni pastorum, commissæ nobis speculationis aciem, quantæ
nobis ex alto permittitur, intendentes, fidelibus ipsis ad
quærendum literarum studia, per quæ divini nominis,
sueque fidei Catholicæ cultus protenditur, justitia co-
litur, tam publica quam privata res geritur, utiliter,
omnibusque prosperitas humanae conditionis aug-
mentatur, libenter favores gratiosos impendimus, & op-
portuas commoditatis auxilia liberaliter imperti-
mus.

S. Cum

§. 1. Cum itaque nuper pro parte dilectorum filiorum Communitatis & hominum Civitatis nostre Firmane provincie Marchiae Anconitanae propositum fuerit etiam nobis quod ipsi non solum ad utilitatem & prosperitatem huiusmodi reipublicae ac incolarum, Castrorum, & Terrarum suis subjectarum, sed etiam aliarum partium vicinarum laudabiliter intendentem, in Civitate Firmana, tanquam in insigniori loco & magis ad hoc commode & idoneo, quique acris viget temperies, vitalium ubertas, ceterarumque rerum ad humanum usum pertinentium copia reperitur, desiderent plurimum heri & ordinari per Sedium Apostolicam studium generale, in qualibet licita facultate, ut ibidem fides ipsa dilatetur, erudiantur simplices, & equitas servetur, iudicij vigeat ratio, illuminentur mentes, & intellectus hominum illustrentur.

§. 2. Nos præmissa, & etiam eximiam fidem & devotionis constantiam, quam ipsi homines, & Communitas ad Nos & Sanctam Romanam Ecclesiam, fidemque Catholicam gerere dignoscuntur, attente considerantes, ferventi desiderio inducimur, quod Civitas ipsa scientiarum ornetur munieribus, ita ut viros producat consiliis maturitate conspicuos, virtutum redimitos ornatus, ac diversarum facultatum dignitatibus eruditos, de quorum plenitudine hauriant universi literarum cupientes imbuvi documentis, lis igitur omnibus, & præferim idoneitate dictæ Civitatis, quæ ad multiplicanda sanæ doctrinæ semina, & germina salutaria producent magis congrua & accommoda, inter alias Civitates, terras, & oppida dictæ provinciæ, fore dicitur, diligenter examinatione pensatis, non solum ad ipsius Civitatis, sed etiam regionum circumiacentium incolarum communodum & profectum, paternis affectibus anhelantes, prædictum Communitatis & hominum in hac parte supplicationibus inclinati, ad laudem divini nominis, & fidei propagationem orthodoxæ, auctoritate Apostolica statuimus, & etiam ordinamus, ut in eadem civitate de cætero sit Studium generale, ad instar Studii Bononiensis, illudque perpetuis temporibus inibi vigeat, tam in Theologia, Jure Canonico, ac Civili, & artibus, quam alia qualibet licita facultate. Quodque legentes, & studentes ibidem, omnibus privilegiis, libertatibus & immunitatibus concessis magistris in Theologia & Doctoribus legentibus & studentibus commorantibus in Studio Bononiensi, gaudent, & utantur.

§. 3. Ad quod illi qui processu temporis bravium meruerunt in illa facultate in qua studuerunt, obtinere, sibique docendi licentiam ut alios erudire valeant, ac magisterii seu doctoratus honorem petierint largiri, per Magistrum, seu Magistros vel Doctores illius facultatis, in qua examinatio fuerit facienda. Venerabili fratri nostro Episcopo Firmano pro tempore existenti, vel ejus sufficienti & idoneo Vicario, quem ad hoc idem Episcopus duxit deputandum; Ecclesia vero Firmana vacante, illi qui ad hoc per dilectos filios Capitulum ipsius Ecclesie Firmanæ deputatus extiterit, præfententur. Idemque Episcopus aut deputatus, ut præfertur, Magistris & Doctoribus in eadem facultate ab eo ipso legentibus convocatis, illos in iis, quæ circa promovendos ad magisterii, seu doctoratus honorem requiruntur, juxta modum & consuetudinem quæ super talibus in generalibus Studiis observantur, examinare studeat diligenter, eisque si ad hoc sufficientes & idonei repeti fuerint, huiusmodi licentiam tribuat, magisterii & doctoratus honorem conferat, & etiam largiatur.

§. 4. Illi vero qui in eodem Studio dictæ Civitatis examinati & approbati fuerint, ac docendi licentiam, & honorem huiusmodi obtinuerint, ut est dictum, ex tunc absque examine & approbatione alia legendi & docendi, tam in prædicto ipsius Civitatis, quam in singulis aliis generalibus Studiis, in quibus voluerint legere & docere, statutis & consuetudinibus quibuscumque contrariis Apostolica auctoritate, vel quacumque firmitate alia roboratis, nequæquam obstantibus, plenam & liberam habeant facultatem. Nulli ergo, &c.

D. Romæ apud S. Petrum, 17. Kal. Febr. Pont. nostri an. 9.

Bullar. Mag. Tom. I.

Institutio Studii generalis in Alma Urbe, cum privilegiis pro Doctoribus, & Scholaribus.

Studio Iuris Canonici & Civilis, iam instituerat Roma Innot. IV. ut in cap. 2. de Privileg. in b. Letto resque lingua Hebreæ, Arabica, & Chaldaea introduxit Clem. V. us in Clem. I. de Magistri. Et hæcum trium linguarum studio apud Regulates innovavit Paul. V. us in consit. 36. Apostolica. Lectionem verò Theologia generaliter haberi decrevit Concil. Trid. sess. 5. cap. 1.

Regimen hujus studii, & facultas creandi Doctores Juris Canonici & Civilis, spectat ad Collegium Advocatorum Consistorialium, ex const. 62. Sixt. V. Sacrit Prout & promovendi ad gradus Philosophie & Medicinae, spectat ad Collegium Medicorum Physicorum Urbis, ex const. 20. Jul. III. Meritis. Proteccio autem est Congregationis Cardinalium, ut in const. 74. Sixt. V. Immensa. Scio etiam hunc Bonifac. Pont. prima Iulii hujusmet anni, in Civitate Avenionis generale quoque Studium erexit, sed ejus Bullam vix post impressionem habere potui.

Erexit novissimè in hoc studio Cathedram Rhetoricæ cum annua provisionis assignatione, necnon privilegiorum, & indultorum, quibus alii Cathedratici dicti Gymnasi gaudent communicatione, & eam concessit Augustino Mascardo S.D.N. Urb. VIII. in ejus const. 83. Militantis, infr. tom. 4.

BONIFACIVS E PISCOPVS, Edita An. Di. Servus Servorum Dei: Dilectis filiis Abbatii Monasterii S. Laurentii extra muros, & Priori Basilica ad Antiquam Sanctorum, ac Archipresbytero Ecclesie S. Eustachii de Urbe, Salutem & Apostolicam benedictionem.

In supremæ præminentia dignitatis divini dispositio- Causa huius
ereditatis
Studii in vobis
est.ne consilii constituti, ad universas fidelium regiones nostræ vigilantia creditas, tanquam Pastor Dominici gregis aciem Apostolicæ considerationis extendimus, ad earum profectum quantum nobis ex alto permittitur intendentem: sed ad urbium Urbem, Romanam videlicet civitatē, quam divina clementia statuit caput Orbis; coattentius meditationis intuitum retorquimus, quo principalius in eadem nostri sedem Apostolatus cœlestis dispositio stabilivit, & firmavit Ecclesiæ fundamenta. Hanc profectè nimur inter cæteras urbes sub Christianæ Religione fidei militantes, uberioris affectionis prærogativa prosequimur, studiosius Apostolicæ munimus præsidii, & condignis libentius gratiis honoramus, ideoque ferventi non immergo desiderio ducimus, quod eadem Urbs, quam divina bonitas toti gratiarum dotibus insinavit, scientiarum etiam fiat fœcunda munieribus, ut viros producat consilii maturitate conspicuos, virtutum redimitos ornatus, ac diversarum facultatum dogmatis eruditos, sitque ibi fons scientiarum irriguus, de cuius plenitudine hauriant universi literalibus cupientes imbuvi monumentis.

§. 1. Ad hunc igitur universalem profectum non solum incolatum Urbis ipsius, & circumpositæ regionis, sed & aliorum qui præter hoc quasi continuo de diversis Mundi partibus confluunt ad eandem studio paterna sollicitudinis intendentem, diligenter super hoc cum fratribus nostris deliberatione præhabita, de ipsorum consilio auctoritate Apostolica duximus statuendum, quod in Urbe prædicta perpetuis futuris temporibus generale vigeret studium in qualibet facultate, ac docentes & studentes ibidem, omnibus privilegiis, libertatibus & immunitatibus concessis Doctoribus & Scholaribus in Studiis generalibus commorantibus, gaudent & utantur.

§. 2. Et ne huiusmodi ipsorum studium (quod de bono semper in melius dirigiri cupimus) perturbari contingat, auctoritate prædicta decrevimus, ut Doctores, vel Scholarès in huiusmodi Rom. studio comparantes, non possint

Breviatio studii
Romani cum
privilegiis
studiorum gen-
eralium.

Privilegium
fori, quod
Doctores &
Scholarès ne
coveniantur
in Cur. Ca-
pituli.

Exemptio à bellis. **§. 3.** Nē ad alias contributiones in taliis aut collectis, quæ imponerentur pro tempore habitatoribus dictæ Vrbis, seu aliquo obsequia communia Vrbis ipsius præstata, prætextū moræ, quam in eadem Urbe contrahent, vel aliqua pedagia ratione rerum suarum, quas ad dictum Romanum studium deferri, vel exinde reportari facerent, doctores aut scholares ejusdem Romani studii teneantur.

Privilégium quoad pensiones domorum, vel scholares in eadem Urbe studiorum causa morantes inhabessarent, taxari deberent per duos taxatores, quorum unum ipsi doctores & scholares, & alterum commune ipsius Vrbis eligant, & si ii duo concordare nequirent, stetur taxationi tertii taxatoris ab eisdem Doctribus & scholariis eligendi, ac ultra taxationem hujusmodi nihil ab eis possit exigere nomine pensionis pro dominibus antedictis.

Privilégium quoad eum causam Vicario Rectori Studii cognoscatur. **§. 4.** Et licet Romana communis sit patria, si tamen quipiam item contra scholares peregrinantes causa studiorum in illa super aliquo negotio movere voluerit (hujusmodi rei optione data scholariis ipsis) eos coram Doctore suo, aut Magistro suo, vel prædicto Vicario conveneriat, juxta legitimam super hoc editam sanctionem, & qui contrafercerint, pecuniam dictæ sanctionis incurvant. Rectores quoque quos Doctores & scholares ejusdem Romani Studii pro tempore duxerint eligendos, in ipsis Doctores, & scholares ac familiates ipsorum, tam circa cognitionem & decisionem causarum civilium & criminalium civiliter motarum, & etiam criminaliter in criminiibus levioribus, quam ipsis corrigendos excelsus leves, ordinariam obtineant postulatum.

Privilégium quoad r. s. deniam. **§. 5.** Ut autem doctores & scholares prædicti eo liberi intenderet studio valeant, ac proficeret in eodem, quo majoris fuerint gratia favore muniti, ipsis auctoritate prædicta concessimus, ut dum hujusmodi studio docendo, vel audiendo insisteret, fructus, redditus & proveniens omnium beneficiorum suorum cum cura, vel sine cura, etiamsi coram aliqua personatus vel dignitates existarent, cum ea possint integritate percipere (quotidianis distributionibus duntaxat exceptis) cum qua illos perciperent, si in Ecclesiis in quibus illa obtinent, personaliter residerent, & ad reliquias in eis interim minime teneantur, neque ad id à quoquam valeant coarctari. Nec obstantibus quibuscumque statutis & consuetudinibus contrariis dictarum Ecclesiastum, juramento, confirmatione Sedis Apostolicae, vel quacumque firmitate alia roboratis, etiam de illis servandis per se, vel procuratores suos præstalent forsitan juramentum.

Deputatio excutorum huic constitutionis. **§. 6.** Verum quia non sufficit privilegiorum, & indulgentiarum aliquibus dare præsidia, nisi sint qui super iis eos manuteneant & defendant, cum parum sit in Civitate jus esse, nisi qui illud tuetur existat, discretioni vestra per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus vestrum, per vos vel alium seu alios eisdem Doctribus, ac scholariis qui in eodem Romano studio pro tempore fuerint, efficacis defensionis præsidio assistentes, non permittatis eos, vel eorum aliquos contra hujusmodi statuti, constitutionis & concessionis non stratum tenores ab aliquibus molestari. Molestatores hujusmodi, neconon contradicentes quolibet, & rebelles, quicunque & cujuscumque conditionis fuerint, aut statutus, etiamsi Pontificali, vel alia quavis præfulgeant dignitate, auctoritate Apostolica, postposita appellatione compescendo.

Deterioratio conservatoriorum. **§. 8.** Non obstantibus supradictis, seu de duabus dies tis edita in Cœilio generali, & nostra, quæ cavitur, quod Conservatores à Sede deputati prædicta, aliquos ultra vulneribus patrum parentesque salvarent. Ac Justinianum dictam à fine Diœcesis eorumdem trahere nō presumant, & quibuscumque aliis constitutionibus contra viis, dummodo ultra tertiam, vel quartam dictam extra

suam Diœcensem aliquis auctoritate præsentium, nō trahatur, aut si aliquibus ab eadem sit Sede indultum, vel in posterum indulgeti contingat, quod excommunicari, suspendi, vel interdicti non possint per literas Apostolicas impetratas, vel etiam impetrandas, nisi eadem literis imperando plena & expressam fecerint de indulto hujusmodi mentionem, & quibuslibet literis, & indultis Apostolicis, per quas, præsentibus non expressis, vel totaliter non insertis, nostra jurisdictionis explicatio in hac parte posset quomodo libet impediri, & de quibus, quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum in nostris literis mentio sit habenda. Volumus autem, quod quilibet verbum, etiam super negotio per collegam suum in hac parte primitus inchoato, se intrumittere valeat, & procedere in eodem, prout, & quoties fuerit opportunum.

Dat. Anagniæ, Anno Incarnationis Dominicæ 1303. D.P.A.
8. Idus Junii, Pontificatus nostri anno nono.

Erectio studii generalis, in Civitate Avenionis, Gallia Narbonensis, sub ditione Status Ecclesiastici.

Hic idem Pontifex simile Studium, mox instituit in Vrbe, ut in eius conf. precedenti. Et aliud in Civitate Firmae, Provincia Piceni, ut refertur à Sixto. V. in eius conf. 95. Muneris, infr. tom. 2.

BONIFACIVS EPISCOPVS, Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Conditoris omnium immensa benignitas rudem hominem, quem post perceptione mortiferi gustus ad perfectionem discretionis effere naturalis ratio non poterat, scientiarum artiisque decretivitatem dogmatibus erudit. Sicque dono dato divinitus plurimum idiomata nationum sub diversarum linguarum varietate diffusa in unu convenienti loquendi commercium Latinitatis ordine literalis. Sic gelta patrum, & principum redacta sunt, & rediguntur in monumenta librorum. Sic veri & falsi certamina, certis rationibus & argumentis probabilibus dirimuntur. Sicque generationis & corruptionis corporum universorum simplicitas, elementorum qualitate discernitur. Sic etiam vocum sonoritas pari concordia prodit in jubilo, & documento colligitur qualiter in divinis obscuris modulationibus musica Domino seruatur. Sic terminorum extrema scholastica doctrina metitur, qualibet longitudinis & latitudinis, sublimitatis, & profundi distancias, punctorum seu mensurarum connumeratione distinguens. Sic de supernoru[m] essentia corporu[m], prout movetur & consistunt in ordine. Philosophiz perscrutatio arte nimirum habere notitiam, licet sit res intellectu difficultis, & aciem humanae rationis trascendat. Sic datur Juris utriusque cognitionis, querela jurgiosa dirimitur, & quod suum est, redditus unicuique. Sic quoque ad factarum acceditur altitudinem scripturarum, & elicitor vivificans spiritus de litera visceribus occidentis. Expedit igitur singulis regionibus orthodoxis, ut in eis habeantur viri industria, literarum decore, scientiis & virtutibus præsigiti, ut singula sic ipsis consiliis providis, & consulta providentia dirigantur, quod earum incolæ subiectitudinis observantia glorioli vivant & regnent, & quietis beatitudine gratulentur. Tales siquidem viros, infusa eis cœlitis gratia literale studium efficit, parvulos suavitatis lacte dulcedine, cibans adolescentes uberiori, & provectionis majoris ubertatis delectatione fecundans, dum circa ipsum studiosâ sedulitate verantur. De his profecto non indignè accipitur, quod refutat sol in clypeos aureos, qui sunt justitiae defensores, facta causarum ambigua dirimentes. Qui suæ defensionis viribus in rebus publicis ac privatis, lapsa erigunt, fatigata reparant, nec minus humano generi per scientiam cooperationem provident, quam si præliis ac vulneribus patrum parentesque salvarent. Ac Justinianus sanctio non solum illos imperio militare decrevit, qui gladiis, clypeis & thoracibus muniuntur, sed alios qui præsidio glorioli munimantur, laborantium spem, vitam post

posteriorosque defendunt, ne potentiorum manus validior priviliis, libertatibus & immunitatibus concessis Doc-
efficiat humiliores injuriis, prematque jacturis clypeo & toribus & Scholaribus in studiis generalibus commo-
justitiae non aditos. Tales utique clypeos aureo titulo
merito praesignavit auctoritas, cum per aurum virtutum
nobilitas, & per securum fortitudine fidei designetur.
Habet enim scientia incomparabiles thesauros deliciarum,
omniumque bonorum gratiam largitur ad plenum.

§. 1. Nos itaque profectibus publicis ex debito pastoralis officiis, cui dante Domino praesidemus, efficacibus studiis interdentes, ingenti utique desiderio ducimus, & cura propensionis sollicitudinis excitamus, ut studia literarum, per quae scientiarum thesaurus acquiritur, ac ad spiritualis & temporalis gaudii gloriae pervenire, laudabilibus incrementis dirigantur ubilibet, ac propensius invalescant, & in illis potissimum locis & patribus, quae idonea & accommodata fore noscuntur, ad multiplicanda doctrina semina, & germina salutaria producenda.

§. 2. Cum itaque Avenionem. Civitas ob ipsius commoditates & conditiones quamplurimas, habilis & apta non modicum hujusmodi studio censeatur:

§. 3. Nos pro utilitate publica credentes multipliciter expedire, ut in Civitate praedicta cultores sapientiae inserantur, fructum ubere in tempore producturi, presentium auctoritate concedimus, ut in Civitate praedicta sit & habeatur de cetero Studium literatum generale, in quo Magistri doceant, & Scholarès libere studeant & audiant in quavis licita facultate. Ac si qui processu temporis in eodem Studio fuerint, qui scientia bravius alsequintur, docendi sibi licentiam, ut alios licenter erudire valcent, petierint exhiberi, Sancimus ut in Jure Canonico & Civili, ac in Medicina & liberalibus artibus examinari possint ibidem, & in facultatibus ipsis duntaxat Magisterii titulo decorari.

§. 4. Statuentes ut quoties ad id aliqui fuerint promovendi, praesententur Episcopo Avenionensi pro tempore existentes. Qui in magistris facultatis illius in qua examinatione fuerit facienda, in eodem Studio praesentibus convocatis, eos gratis, & difficultate sublata, qualiter de scientia, facundia, modo legendi, & aliis quae in promovendis ad Doctoratus seu Magisteriatus officium requiruntur, examinare studeat diligenter, & illos quos idoneos repererit, petto secrete Magisterium corundem consilio, quod utique consilium in ipsorum consulentiam ditpendium vel jacturam revelari quomodolibet, sub divina maledictionis intermissione ditribuimus prohibemus, approbat & admittat, eisque petitam licentiam largiatur. Alios minus idoneos penitus repellendo, post politis omnino gratia, odio vel timore. Ceterum ne vacante Sede Avenionen, contingat, volentes promoveri ad Magisterium impediti, volumus ut promovendi hujusmodi vacationis tempore, Praeposito Avenionen. Ecclesie praesententur, qui eos examiner, & examinatos approbet vel reprobet, secundum modum in Episcopo praetaxatum.

§. 5. Illi autem qui in Civitate praedicta examinati & approbati fuerint, ac docendi licentiam obtinuerint, ut est dictum, ex tunc ab aliis examinatione vel approbatione alia legendi, & docendi usque in facultate illa, in qua fuerint approbati, plenam & liberam habeant facultatem, nec a quoquam valeant prohiberi.

§. 6. Sane ut rite in iam dictis examinationibus procedatur, praecepimus, ut Magistri legere in eodem Studio cupientes, antequam incipiunt, praestent publice juramentum, quod ipsi vocati ad examinationes easdem personarum legitimato detentum, nisi fuerint legitimo impedimento detentum, & gratis, sine difficultate, odio & amore postpositis, dabant examinatori fidele conseruare, ut de examinatione digni approbati debeant, & indigni merito reprobari. Qui vero jurarentum hujusmodi praestare noluerint, nec ad legendum, nec ad examinationes easdem, nec etiam ad aliqua Universitatis ipsius Studii commoda, vel beneficia ultrem admittantur.

§. 7. Ut autem Doctores & Scholarès praedicti, eo libenter valeant intendere studio, ac proficere in eodem, quo se munitos agnoverint gratia & favore, eis auctoritate praedicta concedimus, ut dum hujusmodi Studio docendo vel audiendo duxerint insitendum, omnibus Sabaoth, sic cultui salutis intendant, quod eadem Vineae

Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam, *Sanctio*
&c. Si quis autem hoc tentare presumferit, indigna-*pénalis*
tionem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli
Apostolorum ejus se noverit incursum.

Dat. Anagni Kal. Iuli; Pont. Nostrissimo nono:

*D.P.A.I. dicitur
I.Junii*

BENEDICTUS X.DICTUS XI PONT. CXCIV
ANNO DOMINI MCCCIIII.



Benedictus X. dictus XI. Ordinis Praedicatorum; Magister Frater Nicolaus Bocinus ante dictus, natus in vico S. Bartholomei Tarvisii Venetiensem, Patre Bocatio, Episcopus Cardinalis Ostiensis, & Venerabilis. Creatus Romae 12. Kal. Novembris 1303. Coronatus die 6. Kalend. Novemb. eodem anno. Sedit mensis 8. dies 6. Creavit Cardinales 3. Obiit Perusii Nonis Julii, anno 1304. Sepultus in templo S. Herculani ad Praedicatorum. Vacavit Sedes menses 10. dies 28.

Nova confirmatio Ordinis Fratrum Servorum
B. MARIAE Virginis, sub Regula S. Augustini.

Eundem Ordinem gratis, & privilegiis donarunt
Clem. VI. Conf. 1. Regimini, hic infr. & Urban. VI.
Conf. 2. Sacrosancta, & Pius V. in conf. 44. Roma-
nus, infr. tom. 1. & Conf. 103. Postquam ac Clemens
VII. reformavit in Conf. 119. Quoniam, infr. tom. 3.

Hunc Ordinem sicut in Eremo Senaria apud Civitatem Florentiae ortum habuisse, ita ibidem restitutum fuisse anno 1593. videtur est in conf. 80. Clementis VII. infr. lib. 3. Decet, cum ibi n.d. Regulam autem Confratrum Terti Ordinis, vide in confit. 15. Martini V. Sedis, infr. in hoc libro.

BENEDICTVS EPISCOPVS, Edita Ad. D.
Servus Servorum Dei: Dilectis filiis Generali & Vni-
versis Prioribus & Fratribus Servorum S. Mariae, Ordinis
S. Augustini, Salutem & Apostolicam benedictionem.

¶ Um levamus in circuitu oculos nostros, & Exordium.
¶ gregem Dominicum, nobis licet immeritis,
divina dispositione commissum, undique jux-
ta pastoralis officii debitum contemplamur,
vigilem, quantum nobis ex alto permittitur, curam li-
benter impendimus, ut cultores vineæ Domini D e i
Bullar. Mag. Tov. I.